20120. 795.

dto 24. aug

Circulare quoad Privilegium Comiti Theodoro a Batthyán elargitum.

vis[?] off[?]

Privilegii acclusdat[?]

C[?] acclusum

M. KIR. ORSZÁGOS LEVÉLTÁR

(7)

Pr. N. 22. Cameral. 20120. Circul. Impr. 1.

20120. 793.

Deb 24ᵒ aug

Circulare.
approb 25 Holiz

Vid 27. Podmanizky

Revid Zichy

24. Expl. Leopoldus

Cum Sua Mattas
Sma Comiti Theodoro a Bátth
yán ejusdemque Societati su
per speciali et noviter inventa
constructione Navium, Beneficio
quarum etiam adversus fluvios
navigari poterit B. Privilegium
exclusivum sub signatura et
subscriptione Nova Regia et
Privilegiata Constructionis Navium
et Navigationis Compagnia
clementer elargiri dignata sit
hinc tenor ejusdem b. Privile
gii — — hinc eo fine trans
ponit ut uberiorem ejus pu
blicationem instituere nove
rint.

allatum 30ᵃ Aug.

Exped. 17ᵃ 7bris

Dimiss. 18ᵃ 7bris

6436

M. KIR.
ORSZÁGOS LEVÉLTÁR

Nos Franciscus Secundus

Dei Gratia electus Romanorum Imperator semper
Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ Dalmatiæ Croa=
tiæ, et Sclavoniæ, Rex Apostolicus, Archidux Austriæ Dux
Burgundiæ, et Lotharingiæ, Magnus Dux Hetruriæ, Magnus
Princeps Transylvaniæ, Dux Mediolani Mantuæ Parmæ Comes
Habsburgi, Flandriæ, Tyrolis & Memoriæ comendamus tenore
præsentium significantes quibus expedit universis. Quod cum
Nos eo præcipuam Curarum Nostrarum partem convertamus, ut
Populis Regimini Nostro Divinitus concreditis omnium rerum
ad traducendam vitam necessariarum affluentiam procuremus,
exploratum vero Nobis sit, Copias rerum nonnisi mutuo cum
Exteris etiam Comertio augeri, hinc diversa fovendi istiusmodi
Comertii subsidia præbere eo magis constituerimus, quo probabi=
lius est tam rei agrariæ, quam artis producta nulla certiori
ratione promoveri, ac si illorum distractio variis ad Exteras
oras eductionis ramis multiplicetur. Hoc igitur scopo ad
demissam Fidelis Nostri Nobis sincere Dilecti Spectabilis ac
Magnifici Comitis Theodori de Batthyán Perpetui in Németh
Ujvár Camerarii, et Consiliarii Nostri actualis intimi, Maj=
tati Nostræ propterea factam supplicationem; Quod cum post
continua scrutinia diuturna fatigia ad reiterationem di=
spendiosis sumptibus susceptas probas, factaque experimenta
ex integro novam Naves exstruendi, et illis tam per Mare,
quam secundum, et adversus Fluvios, Navigandi Methodum
detexisset, ac adinvenisset, quæ abea, quæ hucadusque co=
gnita, atque ab omnibus usuata exstitit, seu relate ad secu=
ritatem, seu vero utilitatem, necnon commoditatem, pe=
culiariter distincta est, eique in sua qualitate præferri
mereatur, atque ideo idem Comes cum Societate hunc in
finem

finem sibi deligenda proficuam admodum hanc Neo inventam Naves exercendi, ac eisdem Navigandi Normam in universis Nostris Caesareo Regiis Ditionibus propriis suis sumptibus, quin moderne cuiquam in usu vigenti Navigationi aliqua ratione praejudicium, aut quodpiam Detrimentum inferatur, in effectum deducere, pergratum Statui Publico considerabile emolumentum procurare intentionaretur, praesertim si eidem Comiti Theodoro de Batthyán, ac Societati suae eatenus juxta proprium suum arbitrium deligendae pro exercenda talismodi navigatione supremam Nostram Protectionem Regiam ac Benignum Nostrum Privilegium Exclusivum ad subsequos Continuos Viginti annos ea ratione Clementer impertiri dignaremur, ut sub decursu temporis hujus nemini liceat in universis Nostris Caesareo Regiis Haereditariis Ditionibus methodum Structurae Navium, Ratium ac cujuscunque generis Navigiorum, seu ex integro, seu in essentialibus earundem Partibus imitari, aut Navibus ejusmodi, Ratibus, ac cujuscunque generis Navigiis ad imitationem seu juxta qualitatem Methodi, per praefatum Comitem adinventae, constructionis absque speciali ejusdem Comitis et ejusdem Societatis Indultu scriptotenus extradando ulla ratione uti, prout autem Nobis quibusvis occasionibus peculiariter cordi est, Conatus in Communia Bonus susceptos benigne protegere, praecipue autem eos, quorum studio perspicaci indefinenti industrioso fatigio, ejuscemodi ad felicitatem publicam proficuae inventiones tribui debent, ut condignos Laborum suorum fructus referant, Clementer secundare, ita ex Suprema potestate Nostra Caesareo Regia erga factam Nobis demississimam Propositionem humillimam praedicti Comitis Theodori de Batthyán Supplicatione benigne exaudita, ac admissa, privilegium Exclusivum

ſivimus ipſi, ac ejusdem Societati, Hæredibusq seu Legatariis et Ceſſionariis, Nominilatione quoq seu Chirographo hocce Regia Privilegiata Societas Neo-Nautica, et Architectonica Navalis ad continuos Viginti Annos ab Infrascripto hodierno Dato, computandos, citra alicujus Taxæ pro Dono hocce Privilegio Nostro depoſitionem, ſequentibus tamen ſub Conditionibus Clementer impertiendum duximus, ut videlicet. Primo Methodus Nova Structuræ Navium et Navigationis per repetitum Comitem detecta intra decurſum adſummum Triennii ſub amiſſione Doni hujus Privilegii Nostri ſecus incurrenda, artis peritiorum Examini, et peniotiori disquiſitioni ſubjiciatur, ac de illa præter qualitatem, quod practicabilis, utilis, atq abhac, quæ actu reipſa in Uſu eſt diverſa, ac prorſus Nova ſit, per omnes Circumſtantias genuine demonſtretur, præterea Secundo, pro dirimendis occurſuris quibusvis Controverſiis, quæ in ſimilibus aliorum Inventis ſeu ad Structuram, ſeu ad Meliorationes Navigiorum oriri queunt, ac dijudicando an, et in quantum ejusmodi Melioratio ad ſimilitudinem, et diverſitatem cum Invento hocce conveniat, et an revera factum ſimile ad Caſum violati Contractus referri poſſit, Planum ſeu Delineatio, aut Exemplum, seu Modulus ejusmodi Structuræ Novarum Navium Ciſtæ includendum, una cum Circumſtantiali illius deſcriptione Cancellariæ Nostræ Regiæ Hungaricæ Aulicæ pro Conſervatione ſub Sigillo exhibeatur, interim Tertio virtute præſentis Doni Privilegii Nostri toties repetito Comiti Theodoro de Bathyán, ejusdemq Societati, ſeu quoad Structuram Navium, aut Navigationem, ſeu vero quoad exercitium Commercii nullum Jus alicujus prælationis tribuetur, quin imo omnimode Cavendum erit, ne vigens hactenus in Ditionibus Nostris Hæreditariis Navium Conſtruentis, prout in Navigatione per hanc Societatem aliqua ratione turbetur, aut publicum ad utendum Navibus hujus Inventionis præ Navibus hucdum exiſtentium Nautarum aliqua ratione

ratione stringatur, sed Nautarum Magistris moderniis, sin-
gulariter vero supremo Navali Officio plena libertas relinqua-
tur, consuetam hactenus Naves struendi, et easdem Navigandi
Methodum, de tempore in tempus prout nimirum experientia
et in hac fundata Ars docuerit, retinere, aut meliorare
dummodo ejusmodi Melioratio ab hocce Novo Structura Na-
vium, et Navigationis Invento, differat, et nihil seu in
toto seu illius essentialibus partibus complectatur,
juxtaque proinde Beneficium Benigni hujus Nostri Privile-
gii precise in eo consistet, ut per decursum Conti-
nuorum Viginti Annorum nemo, præter sæpe repetitum
Comitem Theodorum de Batthyan et ejus Societatem
ejusmodi Naves, Rates, aut cujuscunque generis et
Speciei Navigia juxta modalitatem per eundem Comitem
adinventam, ac hucdum prorsus incognitam, absque specia-
li et scripto ejusdem Comitis et Societatis consensu,
et facultate, seu in toto, sive in essentialibus par-
tibus exstruere, imitari, aut quacunque ratione adhibe-
re possit, ac valeat, Comes interim Theodorus de Batthyan
ac ejus Societas pro Mercibus Naturalibus et quibusvis
rebus Navigio suo ad devehendum tradendis, et concredendis,
pari nempe cum cæteris Nautarum, Magistris ratione
juxta dictamen Legum et usum in Ditionibus, et Pro-
vinciis Nostris hæreditariis receptum cavere, et respondere
tenebitur, Immo annuimus, concedimus, et admittimus
Indulgemusque sub Conditionibus tamen suprascriptis, et
expressis præsentium per vigorem. Quocirca Vobis omnibus
cujuscunque Status, Gradus, Conditionis, et Præeminentiæ
fidelibus Subditis Nostris harum Serie præcipientes Committi-
mus, et Mandamus, ut toties Nominatum Comitem Theo-
dorum de Batthyán et ejusdem Societatem per Conti-
nuos Viginti Annos a Dato præsentium Benigni Privilegii

lium

Privilegialium Literarum Nostrarum computandos, in
susceptam juxta Novum Inventum suum Navium, ac Ra-
tium extructione, ac iisdem secundum, et adversus Fluvios
per Regnum Nostrum Hungariae Partesque eidem adnexas
decurrentes navigatione publice, vel privatim nullatenus
turbare, impedire, molestare, et prohibere praesumatis, sed
ipsum Comitem et ejus Societatem benigna hac Gratia et
Annuentia iis modo praevio Concessa eosmodo libere, secure
et absque omni damno, molestia, et impedimento uti, frui,
et gaudere permittere, ac per eos quorum interest permitti
facere, verum insuper ut per praefixum Viginti Annorum
decursum in Regno Nostro Hungariae Partibusque eidem ad-
nexis, omnes et singuli, a structura, et imitatione ipsorum
Navium, Ratium aut quorumvis Navigiorum juxta
Methodum per Impetrantem Comitem Theodorum de
Batthyán adinventam quomodocunque modo seu in toto, seu in
essentiali parte absque speciali, scriptoque consensu, et facul-
tate sub poena Amissionis et Confiscationis ejusmodi
Navium et Navigiorum juxta hanc Novam Metho-
dum in aliqua sui parte ad imitationem constructo-
rum, quo integre impetranti Comiti ejusque Societati
cedent, praeterea autem praeter Indignationem Nostram
Caesareo Regiam eatenus incurrendam sub poena summae
Pecuniariae Quadringentorum Aureorum in quovis
Transgressionis Casu, per Transgressores pendendae, ac in
dimidia parte per Aerarium Nostrum Regium, in altera
vero dimidietate per Impetrantem Comitem, ejusque
Societatem percipiendae, atque per Fiscum Nostrum Re-
gium irremissibiliter vindicanda omnimode abstinere
noverint, omnem in occursuris Casibus assistentiam prae-
bere debeatis, et teneamini, Secus non facturi. Harum
Nostrarum Secreto Sigillo Nostro quo ut Rex Hungariae

Utimur

Aptiorem utriumque impendenti communitatum vigore, et Testimonio Literarum; Datum per Manus Fidelis Nostri Nobis Sincere Dilecti Spectabilis ac Magnifici Comitis Josephi Csáky de Keresztszegh Rzjetini Terrae Scepusiensis Camerarii Consiliarii Nostri actualis " Intimi " Comitatus Scepusiensis perpetui Comitis, ac Pro: Cancellarii Nostri Regii Hung: Aulici, in Archiducali Civitate Nostra Vienna Austriae Die Decima Septima Mensis Junii Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Nonagesimo, Tertio. Regnorum Nostrorum Romani Imp: Primo Hung: item Bohemiae et reliquorum Anno Secundo. Franciscus m. p. Comes Josephus Csáky m. p. Josephus Pavitz m. p. L. S.

8466

Sacrae Caesareae &c. Cum sua Mattas Ssma Comiti Theodoro Batthyány, ejusdemq. societati super Speciali et Noviter inventa exstructione Navium, beneficio quorum etiam adversus Fluvios navigari poterit, D. Privilegium Exclusivum sub signatura et subscribtione: Nova Regia, et Privilegiata exstructionis Navium, et Navigationis Compagnia; clementer elargiri dignata sit. Hinc tenor ejusdem Privilegii eidem consilio Regio Lotli hisce eo fine transpomitur, ut Publicationem praeattacti Privilegii in Regno Hungariae, Partibusq. eidem annexis ordinari noverit. Datum Viennae die 2da Augustii 1793

Comes Carolus Palffy

M. KIR. ORSZÁGOS LEVÉLTÁR

Ludovicus Nogany

Ad bgmm sacrae Caes. et R. Aplcae Mandatum

Stephanus Orbány